

## 239.

*König Friedrich I. bestätigt dem Grafen Guido von Biandrate dessen namentlich aufgeführte Besitzungen. — Zeuge: Markgraf Konrad. Würzburg, 1152 Okt.*

*Hdschr.: Kop. Cod. chart. (Saec. XVIII.) Kgl. Bibliothek Turin.*

5 *Gedr.: Stumpf, Acta imp. 479. Stumpf 3652.*

*Ann.: Vergl. Ficker, Beiträge 2, 505 f.*

— testes subter notari iussimus. Hertwigus archiepiscopus Bremensis. Wichmannus archiepiscopus Magdeburgensis. Henricus episcopus Ratisbonensis. Gevehardus episcopus Wirzeburgensis. Guntherius episcopus Spirensis. Anselmus episcopus Avelber-  
10 gensis. Ugo episcopus Vercellensis et alii quam plures. Henricus dux Saxonie. Welfo dux. Mathaeus dux Lotharingie. Henricus dux Karinthie. Marchio Albertus. Marchio Conradus. Marchio Hermannus de Baden. Hermannus comes palatinus de Rheno. Otto comes palatinus de Bavaria. Fredericus comes palatinus de Saxonia, comites quamplures cum multa principum frequentia.

15 Data anno dominice incarnationis MCLII, mense octobris, indictione I, apud Wirzburg; feliciter amen.

## 240.

*Bischof Wichmann von Naumburg ertheilt den Holländern Privilegien. — Es geschieht des Markgrafen Konrad, als Vogt, Erwähnung. 1152.*

20 *Hdschr.: Or. Perg. Gemein. Archiv Weimar Reg. Oo S. 680 No. 1. S. = Lepsius, Bischöfe von Naumburg, Taf. III. No. 4. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Rössler, Stadtrechte von Brünn S. CII.*

† :In nomine sanctę et individue trinitatis.: Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quia ego Wichmannus dei dono Nuemburgensis | episcopus  
25 cuidam populo de terra, que Hollanth nominatur, a predecessore meo Vdone in eundem episcopatum coadunato hoc privilegium contuli, in quo, | ut omnibus exponerem, qua lege astricti teneantur vel qua libertate fruuntur, utile ac necessarium quam michi tam successoribus meis fore estimavi. Data est | igitur eis a me libera potestas infra episcopatum vendendi et emendi sine omni genere exactionis vel thelonei et, si alicuius eorum possessio  
30 venalis exponitur, compatriote suo tantum et non extero illam emere liceat. Causa etiam correctionis ter in anno cum eis colloquium habeat, quicumque fuerit episcopus, in quo, si quis eorum aliquo excessu iniuste exorbitaverit, tribus solidis compositionem inveniat. Sculthetum quoque, quemcumque sibi prefecerint, sine contradictione habeant, in cuius colloquiis III denariorum compositionem faciant et, si quis eorum iuramento se expurgare  
35 voluerit, nulla occasione impediatur, nullis verborum insidiis capiatur. Prepositus insuper maioris ecclesie, prout iusticia exigit, synodum suam cum eis celebret. Statutum est etiam, ut, ubi antecessori meo III denarios persolverunt, mihi et omnibus successoribus meis VIII solidos persolvant, III in festo beati Iacobi, totidem in festo sancti Martini, appositis ibidem III sexagenariis utriusque messis congruo tempore persolvendis. De cetero, quod  
40 ipsi spontanea voluntate optulerunt, in cathedra beati Petri de quolibet manso solidum unum singulis annis fratribus ad usum maioris ecclesie persolvant, et, quicumque successores eorum fuerint et eadem bona optinuerint, sive liberi, sive servi, sub quacumque lege